

Capitulum Primum

Metabus Currit

currō.

currō quam celerrimē.
mihi fugiendum est!¹
haec quam ferō est
cārissima. nēmō eam ā
mē capiat.

glōriam.

hostēs glōriam
sequuntur; ita hostēs

¹ mihi fugiendum est: *I must flee*

mē, rēgem Volscōrum,²
sequuntur. mē interficere
volunt.

sed currō. meam
filiam cārissimam—eam
servābō! mihi fugiendum
est. esse rēx nōlō, esse
Volscus nōlō, tantum
filiam servāre volō!

subitō in flūmen

² Volscōrum: *of the Volsci* (The Volsci were an Italic tribe who inhabited lands south of Rome. At the time of Camilla, the land around Rome was called Latium and was inhabited by the Latins. A war will be fought in Latium later in this novella.)

paene³ cadō. flūmen
 magnum est, et potēns;
 nesciō **utrum**⁴ trāns
 flūmen trānseam, an in
 flūmine moriar. filiā
 spectō. cum filiā trānsire
 timeō, nē eam **āmittam**.⁵

hostēs sequentēs audiō.
 hostēs multī sunt. potēns
 fortisque sum, sed nōn
 omnēs interficere possum.
 perterritus circumspectō.
 quōmodo filiā servābō?

³ paene: *almost*

⁴ utrum: *whether*

⁵ āmittam (ā + mittam): *I would send away*
(i.e., I would lose)

spem et cōnsilium
 capiō, tum hastam meam
 capiō. sed hastam nōn ad
 hostēs iaciō. fīliam circum
 hastam pōnō et **vinciō**.⁶
 hostēs prope mē sunt, eōs
 audiō.

precor.

“Ō Diāna, filia
 Lātōnae, tibi fīliam meam
 prōmittō. virgō hastam
parvīs digitīs⁷ tenet;
 fīliam meam spectā, Ō
 dea, et eam accipe. prō

⁶ Vinciō: *I tie, I bind*

⁷ parvīs digitīs: *with small fingers*

filiā cārissimā meā tē
precor.”

tum hastam, et filiā,
iaciō.



hasta volat.⁸ hastam, et
filiā, volantem spectō.
terrā ā hastā pulsātā,

⁸ volat: *flies*

mē in flūmen iaciō. ex
flūmine ad fīliam mē
trahēns, hostēs prope
flūmen videō. victor,
fīliam capiō et in silvam
currō.